



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De eodem in favorem Fideijussoris. parag. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

dictus Venditor, ad suum arbitrium, vel reperi te sibi suam rem, vel Emptorem obligare ad solvendum pretium, quo pacto Emptor dicetur cadere in commissum. Iustam esse hanc legem, & servandam in venditione, pro qua lata est, concedunt omnes, sed queritur utrum aliud simile sit in Mutuo: An nimis

rum iustè ponatur pactum, ut si Mutuatarius præfixo tempore Mutuum non reddat, pignus, quod est in manu Mutuantis, intelligatur esse venditum ipsi Mutanti pro suo Credito, seu pro suo mutuo. Nam, quando non præcedit pactum, an pignus intelligatur venditum, vel vendi possit, dicemus, Deo favente,

cum de pignore erit germana tractatio.

2. Respondeo, id pactum in Pignoribus

7.4.3. §.6. omnibus, atque adeo in pignore pro mutuo

reprobatur b à legibus, irritumque redditur, &

b.L. 7.4.3. C. de pign. C. Si- merito, quia aliquando pignus est majoris

valoris, quam mutuum, seu ereditum, unde

ad pericula Injustitiae amovenda recte ejus-

modi pactum leges reprobantur.

3. Quod si fiat pactum, ut Debitor non solvente debitum in suo termino, pignus remaneat venditum, non pro Credito, nec pre-
dictio aliquo determinato, sed pro pretio justo, quod tunc currit, vel, quod boni viri arbitrio secundum occurrentes circumstantias decer-
netur, redditio excessu, si quis sit, ipsi Debitori, erit nè licitum?

4. Respondeo, fore illicitum, si id tanquam gravamen pro mutuo imponatur, ut ex dictis patet: at, si imponatur, ut Creditor habeat suum, indemnisque reddatur, licitum e fore. ^{e Molin. d.} Ratio est, quia illud est in justum pactum in ^{324. Tercia. L. de ket.} Mutuo, quod ordinatur ad habendum aliquod lucrum supra mutuum, sicuti illud est in justum pactum in ceteris contractibus, quod ordinatur ad habendum plus, quam Creditori debetur. At vero illa pacta, quae ordinantur ad habendum securum ipsum solum mutuum, vel Creditum, Usuraria, vel injusta nequaquam sunt. Hujus autem generis est, petere Pignus, vel Fideijustorem sufficien-
tem, vel velle hypothecam generalem, vel specialem super bona debitoris, &c. quilibet enim securitatem sua rei potest justè postula-
re. Quare, cum pactum, quod ordinatur ad vendendum pignus elapsu termino, imponatur (ut supponimus) ad securitatem Mutui, dumtaxat, de quo loquimur, Usuriam non erit, cum non possit esse rationabiliter inju-

stus Mutuatarius ex eo, quod Mutuans, seu Creditor velit omnino suum recuperare.

Quod si Mutuatarius damnum considerabile subiret ex pacto, vi cuius vendi deberet pignus alteri, sanè non posset permitti ejusmodi pactum, quia sic adderetur gravamen, ut ex roties dictis patet. Vide quæ dicam item infra de venditione pignoris.

d Inf.Tr. 7

de Fideijs.

§. 3.

§. 4. n. 2.

*De pacto legis Commissoria in favorem Fidei-
jussoris.*

1. Accidit saepè, ut præter pignus in potestate Mutuantis ad sui crediti, seu mutui securitatem repositum, accesserit itidem Fideiussor pro eodem mutuo; queritur jam, an fideiussor, quando subit onus fideiubendi, possit iniure pactum cum Mutuatario, ut ipso Mutuatario non reddente Mutuum, pignus remaneat pro ipso fideiussore, non quidem absolute, seu pro pretio determinato, id enim in simili reprobatum est §. antecedente, sed pro pretio justo, illo scilicet, quod boni viri arbitrio judicabitur, vel curret in foro, reddito excessu ipsi debitori.

2. Ne quæstiones implicemus, hic non loquimur, an pro fideiussione possit quis aliquid recipere, quod certè potest, atque adeo posset fideiussor à Mutuatario exigere, ut pignus sibi remaneat pro vendito, si tanti valet pignus, quanti sua fideiubendi opera, vel quantum ipse fortè solvet in gratiam Mutuatarii, ut infra, cum de Fideiussione dicemus. Neque loquimur, an id possit constitui in pœnam Mutuatarii non solventis; posset enim, si pœna esset proportionata culpa, ut universaliter supra dictum est cap. 3. §. 5. ubi noravimus prærequiri sententiam, &c. sed querimus pro solo mutuo, quod dictus fideiussor fortè solvet in gratiam Mutuatarii, an possit dictum pactum fieri?

3. Evidem puto, e posse. Ratio est modo ^{e Molin. d.} dicta paragr. secundo, quia id pactum non ^{disp. 324.} imponitur pro mutuo ullo, sed ut Fideiussor ^{fine contio} indennis servetur de eo, quod fortè solvet in ^{Cov. ab} pro Mutuatario, quod certè ^{cod. cistit.} Semper potest expo-
scere.